LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 182r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">">

182

nec bonum poterimus agnoscere: Sed hoc non uidit epicurus nec alius quisq; si tollantur mala: tolli pariter sapientiam. nec ulla in hoie uirtutis remanere uestigia: cuius ratio in sustinenda & superanda malorum acerbitate consistit: Itaq; propter exiguum compendium sublatorum malorum. maximo & vero & proprio nobis bono careremus. Constat igitur omnia propter hominem proposita tam bona q̃ & mala:—

XV.

SEquitur ut ostendam cur fecerit hominem ipsum deus. sicut mundum propter hominem machinatus est. ita ipm pp se tamq; templi antistitem spectatorem operũ rerũq; celestium: Solus est n. qui sentiens capaxq; rationis intelligere possit deum: qui opera eius admirari uirtutem ptãtemq; pspicere: Idcirco n. consilio. mente & prudentia instructus est: Ideo solus preter ceteras animantes rectus corpe & stam factus est: ut ad contemplationem parentis sui excitatus esse uideatur: Ideo sermonem solus accepit ac linguam cogitationis interpretem. ut enarrare ptãtem maiestatem dni sui possit: Postremo idcirco ei cuncta subiecta sunt. ut factori ac artifici deo esse & ipse subiectus: Si ergo deus hoiem suum voluit esse cultorem. Ideoq; illi titulũ tantũ honoris attribuit: ut rerum omnium dominaretur: utiq; iustissimũ est: & cum uindicet: qui tanta prestiterit. amare & hominem: qui sit nobiscum diuini iuris societate coniunctus: Nec n. fas est cultorem dei a dei cultore uiolari: Vnde intelligimus religionis ac iusticie causa hominem esse figuratũ: Cuius rei testis est M. Tullius in libris de legibus ita dicens: Sed omnium: que in doctorum hominum disputatione versantur: nihil est profecto prestabilius: q̃ plane intelligi nos ad iusticiam esse natos: Quod si est verissimũ: deus ergo uult omnes homines esse iustos. idest deum & hominem caros habẽ. deum s. honorare tamq; patrem. hominem diligere uelut fratrem: In his n. duobus tota iusticia consistit. qui ergo aut deum non agnoscit. aut homini nocet: iniuste & contra naturam suam uiuit: & hoc modo rũpit institutum legemq; diuinam:—

XVI.

NEc fortasse querit aliquis unde ad hominem pueneriit. aut quemadmodum institui regulam ad peiora deterserit: ut cũ sit id iusticiam genitus opi tamen efficiat iniusta: Iam superius explanauimus simul deũ proposuisse bonũ ac malum: & bonũ diligere: & malum: quod hinc repugnat odisse: sed ideo malum permisisse: ut & bonũ amaret: q̃ alterum sine altero. sicut sepe docui: intelligimus constare nõ posse: Denique ipsum mũdũ ex duobus elementis repugnantibus & inuicẽ copulatis esse concretum igneo & humido: nec potuisse lucem fieri nisi & tenebre